



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber .X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

# DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER .X.

Propositi aut  
toris in hoc  
opere.

Facies quatuor  
unius animalis  
malis.



De facie u  
tuli tractatū  
erit deinceps

Psal. 144  
1. Reg. 2.

1. Cor. 15

Leuit. 4

Hebra. 9.  
Exodi. 24.

Exodi. 12

Ca. XXVI

PROPOSITI MODVM SVPERGRES-  
sus esse uideor, reuerende mi Cuno, Præsul ecclesie Ra-  
tisponensis, in opere isto, de gloria & honore filij hominis,  
quod tu à me magno charitatis imperio, quo circa me uti  
solebas, ut scriberem, uehementer exegisti. Proposue-  
ram quippe in isto libro generationis IESV CHRIS-  
TI, filij Dauid, filij Abraham, siue in hoc euangelio  
Matthæi, facies quatuor unius eiusdemq; animalis con-  
templari, faciem hominis, faciem uituli, faciem leonis, &  
faciem aquilæ uolantis, id est, quatuor sacramenta hæc,  
quæ Christiano ignorare non licet, Incarnationem, Passi-

onem, Resurrectionem, atque Ascensionem, unius eiusdemq; Iesu CHRISTI. Hoc  
(inquam) proposueram, quoniam pertinet ad intentionem operis consideratio hæc, &  
præfixo congruit titulo, de gloria & honore filij hominis. Nec erat in intentione, totum  
peragere profundum huius pelagi, totum continua expositione pertractare textum hu-  
ius euangelij. Ecce autem cum ita proposuissem, uolumen extendi, ferè usque ad medium pelagi, mea propelli uela permisit,  
cam magna ex parte transegi, atque ita, quasi agente spiritu uehementi, qui non longe à  
portu nauigare decreueram, ferè usque ad medium pelagi, mea propelli uela permisit.

¶ Reuocabo igitur sermonis cursum, modumq; tenere curabo, & omisso tractatu eorum,  
quæ in euangelio sequuntur, post illa, quæ prout potui domino adiuuante, dixi hæc uen-  
us in contemplatione faciei hominis: accedam ad contemplandam faciem uituli, dignum ali-  
quid fari desyderans promisso uel titulo, cuius tu mihi autor extitisti, amator gloriae & ho-  
noris filij hominis.

¶ Vere fidelis dominus in uerbis suis, ueraciter dixit. Sed quicumque  
glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Verita-  
tem huius dicti, in te quoque apparere nunc gloriamur. Nam quia tu eius gloriam desy-  
deranter quæstisti, de cuius desyderij fonte processit istud quoque, ut diceres, scribe mihi  
opus de gloria & honore filij hominis: uestem sanctam, uestem pontificalem in gloriam,  
& decorem ipse tibi fecit, cuius gratiæ finis iste sit, ut illic te inuenias in ordine sacerdotum,  
ubi (sicut dicit Apostolus) unusquisq; in suo ordine resurgit, primitiæ CHRISTVS.

¶ Faciem uituli sacramentum esse dominicæ passionis ex hoc accipimus, quod (sicut in  
exordio meminimus huius operis) sacra & mystica lex uitulum in figura eius pro pecca-  
to iussit offerri. Si (inquit) sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum, uel si omnis  
turba ignorauerit & per imperitiam fecerit quod cõtra mandatum domini est, offeret pro  
peccato uitulum immaculatum domino, & cætera quæ miro modo & ordine uere sacro  
& mystico figurant sacramentum passionis Iesu Christi, cuius sanguis, secundum quod

ritus ille significat, emundauit conscientiam nostram (ait Apostolus) ab operibus mortu-  
is. In initio quoque, quando Moyses ascensus in montem, & tabulas erat accepturus la-  
pideas, dicente domino. Ascende in montem & esto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas & le-  
gem ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israhel, sacrificium obtulit huiusmodi, scilicet  
cet uitulos duodecim. ¶ Et quidem alia quoque animalia iussum est offerri, scilicet hircus  
cum de capris siue caprâ, agnum siue arietem, quæ omnia sacramentum mystice spirabant  
eiusdem sacrosanctæ passionis: præcipue quæ agnus ille qui immolabatur ad uesperam,

quartadecima die mensis primis: sed omnium illorum maximum est uitulus, quorum pro hoc  
mysterio fundebatur sanguis, & iccirco recte pro omnibus hic in mysterio una ponitur  
facies uituli. Aspectus faciei huius ab eo nobis incipit, quod dixit dominus Iesus discipulis

lis suis, **L** Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut cruci-  
figatur

crucifigatur. ¶ Nemo uere qui nesciat pascha illud fuisse immolationem agni, ad uesperam quartadecima die mensis primi, statutumque fuisse Iudæis, ut per singulos annos eodem ritu celebrarent, secundum hæc uerba domini. Habebitis autem diem hanc in memento, & celebrabitis eam solennem domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Item. Hanc obseruare debent omnes filij Iſrahel in generationibus suis. Hoc tamen intererat, quod cum lex ita dixisset, mense primo quartadecima die mensis ad uesperam Phasæ domini est, & quintadecima die mensis huius solennitatis azymorum domini est. ¶ Interdum non ita fiebat, neque anno illo ita factum est. Nam inter traditiones plurimas, quas seniores Iudæorum superstatuerant traditionibus dei, istud quoque statuerant: ut si diem ante sabbatum, quam sextam feriam dicimus, contingeret esse quintamdecimam mensis non celebraretur solennitas, sed differretur in diem sequentem sabbati: difficile & incommodum esse dicentes, duo sabbata continuare, id est, duobus diebus uacare ab omni opere, multas ob causas, quarum ex præcipuis una erat, quod cadauera suorum nonnunquam usque in quartam diem insepulta, fœtoris molestiam generarent. ¶ Traditio hæc cognita magis gram soluit quæstionem ei, qui forte dicat. Cum Iudæi quartadecima die ad uesperam pascha celebrando, agnum comedisent, & sequenti die, quoniam quintadecima erat, solennitatem celebrare & secundum legem uacare debuissent, quomodo illis iudicia tractare licuit, quibus tunc totum diem insumpserunt in condemnatione domini, & eorum quos cum illo crucifixerunt. Hanc (inquam) quæstionem cognitio cito soluit illius iam dictæ traditionis, quia traditum illis fuerat, differre solennitatem, cum enuississet ante sabbatum legale quintadecima dies mensis, & pro duobus sabbatis unum celebrare sabbatum magnum, solennitate duplici. Vnde cum dixisset Euangelista. Iudæi ergo, quoniam parasceue erat ut non remaneret in cruce sabbato corpora, causam istam subiunxit. Erat enim magnus dies ille sabbati. His dictis pro traditione seniorum, quam obseruantes serui peccati, tunc in quintadecima die mensis quasi licitum habuerunt operari, & male operati sunt. Nunc redeamus ad rem. Scitis (inquit) quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Et quidem sciebant quia pascha fieret: sed hoc nesciebant quod in illa paschali uespera tradendus, & die sequenti crucifigendus esset. ¶ Ipse autem non solum sciebat, uerum etiam ab initio taliter fieri prædestinauerat, quatinus finem accipiente pascha ueteri, id est, legalis agni immolatione, confestim uerus ipse agnus & pascha nouum immolaretur: atque ita quod eatenus uelut in umbra significatum fuerat, iam in re procederet, figuræ transcuntiu ueritas permanens succederet. ¶ Nunquid uero uel illud à mysterio uacare putandum est, quod post biduum hoc futurum esse perdidit: Poterat etiam ante hoc ipsum prædicere, ita ut crederet post triduum siue post quadriduum. Ergo nec istud uacare patimur, quod tunc prædixit, ex quo post biduum, id est, tertia die, erat crucifigendus. Vnde sciendum quia sicut triduauna sepultura, ita & triduauna fuit passio eius, qua necessarium erat sanctam placari trinitatem, cum tris trinum temporum hominibus salutem hanc expectantibus, scilicet & illis ante legem, & illis qui sub lege fuerunt, & nobis qui nunc sub gratia uiuimus. ¶ Hæc eius triduauna passio sic discernitur. Qua die dixit hoc discipulis suis, scitis quia post biduum pascha fiet, uendit fuit, Iuda traditore loquente cum principibus sacerdotum & magistratibus, & illis paciscentibus pecuniâ illi dare, quibus & respondit illum tradere. Transacta sequenti die iam ad uesperam, plena, id est, quintadecima luna effulgente, pascha de more factum est: & tunc ipse, cum esset nox, Iuda foras egresso ad tradendum, agonizans & prolixius orans, sudoremque sanguineum desudans, traditus, comprehensus & ligatus, ad principes sacerdotum adductus est, & die succedente crucifixus est. Nunc rei ordinem ingrediamur. ¶ Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo, Ne forte tumultus fieret in populo. ¶ Consilium istud erat, quod patriarcha Iacob præuidens dicebat. Symeon & Leui fratres, uasa iniquitatis beliantia. In consilio eorum ne ueniat anima mea, & in cœtu ipsorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio

Immolatio agni paschalis. Exodi. 12

Ibidem.

Traditio seniorum de paschate.

Quæstio.

Responsio.

Iohan. 19

Tempus passionis prædestinatum

Ordo passionis Christi fuit triduauna. Lucæ. 22

Iacob præuidit hoc consilium sacerdotum. Gene. 49

**Gene. 49** gnatio eorum, quia dura. Nam si tantummodo illud attenderet quod fecerant in Sichem, propter uiolatam sororem suam Dinam, quae ratio esset, optare de praeterito, & dicere in consilio eorum ne ueniat anima mea, & in coetu ipsorum non sit gloria mea: Simul considerandum, quia dicitur haec & caetera filiis suis, praemisit, congrega mini & audite filii Iacob, audite Israel patrem uestrum, congregamini, ut annunciem quae uentura sunt uobis, dies bus nouissimis. Ergo futuri huius prophetica erat annunciatio consilij, quod tunc (ut iam dictum est) congregati fuerunt principes sacerdotum, utique de tribu Levi, nec ante desierunt in furore pertinaces, donec morte crucis uirum occiderent, & lancea murum suffoderent, murum templi non manufacti, de quo uir ipse dixit. Solute templum hoc, & in triduo excitabo illud. ¶ Propter congregationem eiusmodi, quia tale in consilium congregati sunt, diuidam eos (inquit) in Iacob, & dispergam eos in Israel: quia uidelicet propter scelus illud & pertinaciam indignationemque duram, id est, inuidiam qua in crudelitate persistunt, ecce diuisi sunt in Iacob, & dispersi sunt in Israel, id est, in populis Christianorum, qui subplantauerunt eos, quique propter fidei rectitudinem dicuntur & sunt uerus

**Gene. 49** Acceleratio consilij. ¶ Accelerationem illius consilij & intentionem doli per hoc intelligimus, quod Ioh. 2. ¶ Acceleratio consilij. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus murum suffoderent, murum templi non manufacti, de quo uir ipse dixit. Solute templum hoc, & in triduo excitabo illud. ¶ Propter congregationem eiusmodi, quia tale in consilium congregati sunt, diuidam eos (inquit) in Iacob, & dispergam eos in Israel: quia uidelicet propter scelus illud & pertinaciam indignationemque duram, id est, inuidiam qua in crudelitate persistunt, ecce diuisi sunt in Iacob, & dispersi sunt in Israel, id est, in populis Christianorum, qui subplantauerunt eos, quique propter fidei rectitudinem dicuntur & sunt uerus

**Gene. 49** Acceleratio consilij. ¶ Accelerationem illius consilij & intentionem doli per hoc intelligimus, quod Ioh. 2. ¶ Acceleratio consilij. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus murum suffoderent, murum templi non manufacti, de quo uir ipse dixit. Solute templum hoc, & in triduo excitabo illud. ¶ Propter congregationem eiusmodi, quia tale in consilium congregati sunt, diuidam eos (inquit) in Iacob, & dispergam eos in Israel: quia uidelicet propter scelus illud & pertinaciam indignationemque duram, id est, inuidiam qua in crudelitate persistunt, ecce diuisi sunt in Iacob, & dispersi sunt in Israel, id est, in populis Christianorum, qui subplantauerunt eos, quique propter fidei rectitudinem dicuntur & sunt uerus

**Gene. 49** Acceleratio consilij. ¶ Accelerationem illius consilij & intentionem doli per hoc intelligimus, quod Ioh. 2. ¶ Acceleratio consilij. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus murum suffoderent, murum templi non manufacti, de quo uir ipse dixit. Solute templum hoc, & in triduo excitabo illud. ¶ Propter congregationem eiusmodi, quia tale in consilium congregati sunt, diuidam eos (inquit) in Iacob, & dispergam eos in Israel: quia uidelicet propter scelus illud & pertinaciam indignationemque duram, id est, inuidiam qua in crudelitate persistunt, ecce diuisi sunt in Iacob, & dispersi sunt in Israel, id est, in populis Christianorum, qui subplantauerunt eos, quique propter fidei rectitudinem dicuntur & sunt uerus

**Esaie. 40.** misericordiae hic erga mulierem quondam peccatricem, & illic erga latronem confitentem: iudicij hic super

Quatuor facies unius animalis. Ezech. 1. 10

Apeca. 4.

Duo oculi hic ante & retro

Hic super Iudam indignantem & ad pharisæos abeuntem, & illuc super latronem blasphemum in peccato suo morientem. ¶ De cæteris faciebus siue animalibus, quod & ipsa secum similem rationem plena sint oculis ante & retro, iam hic præscribere nobis quidem locundum, sed forte esset legentibus fastidiosum. Suis ergo locis oportunitus de singulis dicendum. Nunc iam secundum literæ seriem, faciei huius, faciei uitulinae mansuetudinem in passione sacrosancta considerare opere precium est. ¶ Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Symonis leprosi, & cætera ut supra. Quoto die ante diem azymorum, hæc facta sunt, & qualiter acta sint, Iohannes manifestius exprimit his uerbis. Iesus autem ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi erat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex discipulis cum eo. Maria ergo accepit libram ungenti nardi pistici præciosi, & unxit caput Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est odore ungenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Iscariot his, qui erat eum traditurus. Quare hoc ungentum non uenit trecentis denarijs, & datum est egenis? ¶ Hoc in litera Iohannes à Matthæo & Marco differt, quod Matthæus & Marcus mulierem hanc scripserunt hoc loco super caput. Iohannis autem super pedes eius effudisse ungentum. Et de priore quidem effusione ungenti, quando uenit ad dominum erat adhuc peccatrix, & mox iustificanda secundum hoc misericordix dictum, dimissa sunt ei peccata multa, quonia dilexit multitudine Lazari, patenter memorat dicens. Maria autem erat quæ unxit ungento dominum, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. De illa (inquam) prima effusione ungenti, constat, quia facta est tantummodo super pedes domini, neque enim poterat statim capite eius dignam se existimare peccatrix. Nunc autem quoniam & Iohannes super pedes, & cæteri Euangelistæ super caput eius effusum narrant ungentum, non dubium quin utrunq; scilicet & caput & pedes unxerit: & iccirco iam etiam caput, quia iam non peccatrix, sed iam dudum iustificata, dimissis sibi peccatis multis. ¶ Mirum quia intentione uel quo sensu deuota mulier tale obsequium domino præstiterit. Neque enim iam scire uel præscire poterat illud, quod dominus ipse præsciens, mittens etiam (ait) hæc ungentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit: siue (ut alius Euangelista scripsit) præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Ipse uitulus sacrificij domini, sui met adesse immolationem, & facies talis uituli aram inspiciebat & tabernaculum, cuius ad ostium ipse immolandus, cuius in interiora de sanguine eius inferendum, cuius in introitu reliquum sanguinis eius secundum mysterium sacræ legis fundendum erat: illa autem nihil horum sciebat, sicut nec ipsi discipuli domini, qui nondum sciebant scripturas, quod oporteret eum pati & resurgere à mortuis. Quo ergo sensu uel quid intendens, tale obsequium morituro impendit, nisi eodem sensu & eadem intentione, qua cum primum uenit ad eum, dum rigaret pedes eius lachrymis, & capillis capitis sui tergeret, & oscularetur, ungento etiam unxit pedes eius: illud autem agendo, utique primum poenitentia fructum, congruumq; fecit emendationis initium. Liqueat enim quod illicitis actibus prius mulier intentata, ungentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Ideo quod sibi turpiter adhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. ¶ Igitur de Anna Samuëlis matre scriptum est, uultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati, id est, in eadem intentione & oratione perseverauit, hoc ista de semetipsa exteriori opere demonstrauit, dum finem obsequij similem initio fecit: immo quia melior est, uel esse debet, sicut orationis, ita & operis finis quam principium eius; opus bonum bene inceptum, melius consummauit. Nam (sicut iam dictum est) in initio tantummodo pedes domini ungento unxit. Hic autem quando ea, quæ de ipso erant, prope iam finem habebant, & pedes unxit, super caput eius ungentum effudit. ¶ Quod autem illa bene exhibuit, hoc dominus ipse melius & ualde rationabilibus admisit, certi uidelicet gratia mysterij, de quo postmodum dicendum erit. Aliter uisum est discipulis, qui uidentes, indignati sunt, dicentes, Ut quid perditio hæc? maximeque IUDÆE proditori, qui non simpliciter indignatus est, ut alij, pro sola, quasi perditione ungenti, sed quod ne quisquam

Chrus in Bethania an sex dies paschæ. Iohan. jz

als t uendit Duplex effusio ungenti à Maria facta. Lucæ. 7. Iohan. jz

Quæstio. sup. intencioe mulieris ungentis

Marci. jz

Responso.

Lucæ. 7

Bonū initium, melior finis huius opus. j. Reg. j.

Iniqua indignatio discipulorum

Johan. 12  
Ad sepeliens  
dum me fecit  
Gene. 43  
Non totum es  
sulum est un  
guentum.  
Match. 27  
Johan. 19  
Hoc fecit in  
memoria ei.  
1. Cor. 4  
Match 27.  
Obsequia  
spiritalia  
Indignatio q  
runda contra  
studia auroris

nequissimum fuit, hoc doluit, quia furari consueto, et ad furandum inhiant tam lucrosa  
res commissa non fuit, ut posset furari. Dixit enim hoc (ait Evangelista) non quia de egenis  
pertinebat ad eum, sed quia fur erat & loculos habens, ea quae mittebantur, portabat.  
¶ Quomodo autem dictum est aut dici debuit, mittens hoc unguentum ad sepeliendum  
me fecit, siue preuenit ungere corpus meum in sepulturam: cum illa (sicut iam dictum est)  
hoc faciens, sepeliendum siue moriturum eum fore nescierit: Sed pro hoc nihil est immo  
randum, quia pro consuetudine loquendi recte ad sepeliendum hoc fecisse dicitur, quod  
usq; ad sepulturam eius prouenturum non ignorabatur ab ipso, disponente quicquid bo  
ni uel ipsa operata est, uel nos omnes operamur. Sic Iacob ad filios suos loquitur, non quod illi  
hoc fecistis miseriam, ut indicaretis Pharaoni & alium uos habere fratrem, non quod illi  
hac intentione fecissent, sed peruenisse uidebat ad illam, quam patiebatur iam in anima sua  
miseriam. ¶ Quapropter sciendum, quia non totum, quod habebat in alabastro, mulier es  
fudit unguentum. Deniq; proditori Iudae dicenti, quare hoc unguentum non uenit recen  
tis denarijs, & datum est egenis, ita respondit dominus Iesus. Sine illam, ut in diem sepul  
turae meae seruet illud. Non ergo totum effudit illud, sed reseruatum aliquid effundere ha  
bebat in die sepulturae eius, quando futurum erat & factum est, ut Ioseph ab Arimathea  
sepeliret corpus eius, cum linteis & aromatibus Nicodemo quoq; mixturam ferente mir  
rhae & aloes quasi libras centum, ubi aderat & ista mulier, sicut Euangeliste testatur. Por  
ro Iudas & quod effusum erat perditum esse calumniabatur, & quod non erat effusum ue  
nundare properabat, ut de praecio furaretur. Falsum locutus est, frustra calumniatus est:  
quoniam ei, qui unguentum admisit, non erat ibi delectatio profusionis, imo meditatio uis  
cinæ mortis, quod notum esse uoluit dicens, ad sepeliendum me fecit. ¶ Quod protinus  
sequitur. Amen dico uobis, ubicunq; praedicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, di  
cetur & quod hoc fecit in memoriam eius, magis ac magis nos excitat ad considerandam  
hanc faciem uultu huius. Quid enim nobis innuit, uel quo suum haec facies tendit intuitu,  
dicendo hoc euangelium, nisi in ipsum passionis suae sacramentum in quo stabat & de quo loquebat  
paulo ante, sic incipiens. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifiga  
tur. Ipsam nimirum passionis, sepulturae & resurrectionis suae praedicationem, quae tunc  
in toto mundo audiendo erat, & nunc audita est, uere & fideliter nominauit euangelium,  
quod interpretatur bonum nuncium. Audiui uimus, credidimus, propter quod & loqui  
mur, quia uere bonum est nuncium, & ubicunq; praedicatur hoc bonum nuncium, dicitur &  
quod haec fecit in memoriam eius, & ualde utiliter ex euangelica scriptura dicitur, ut et  
nos similiter faciamus, nos inquam omnis ecclesia de cunctis gentibus peccatricibus et ius  
tificatis per gratiam eius. ¶ Cum enim charitatis obsequium quibuslibet ex minimis eius  
pro eo quod sunt eius fideles, impendunt diuites, dando manducare esurientibus, dando  
bibere sitientibus, hospites colligendo, nudos operiendo, infirmos uisitando, et ueniendo  
ad eos qui in carcere sunt: nimirum suauiter et odoriferum effundunt unguentum super pe  
des eius, et hoc faciendo, effundunt etiam super caput eius, dum pro eo quod sic ministrat  
de rebus temporalibus, nihil omnino uanae gloriae siue laudis humanae rescire uolentes,  
spem suam totam reponunt in caelestibus. ¶ Et ut de spiritualibus quoq; obsequijs non ta  
ceam, quando fidelem & utilem de illo habemus uel facimus sermonem, deum & homi  
nem eum confitentes siue praedicantes, nimirum & super caput & super pedes eius un  
guentum bonum effundimus, & ex huiusmodi odore ungenti domus impletur, totus  
Christianus conuentus laetificatur. O quotiens indignati sunt pro huiusmodi, etiam illo  
rum nonnulli, quos negare non posses discipulos esse domini, & fremuerunt aduer  
sus fidelem animam, ita facientem, componentem optimum unguentum, et effun  
dentem super caput et pedes domini, id est, scribentem scripta fideliter secundum ueritatem sancta  
rum scripturarum, spirantia ubiq; siue redolentia fidem et confessionem uerae diuinitatis,  
et uerae humanitatis dei et hominis Iesu CHRISTI. ¶ Indignationem eiusmodi in  
plerisque legimus, & nos ipsi, nostris diebus, nostris pro opusculis, non nihil experi  
sumus. Verum quomodo illic alij discipuli simpliciter indignati sunt. Iudas uero, qui  
indignationis illorum fuit incendium, maliciose & pro cupiditate lucri indignatus est  
ita ex

DE  
ita ext  
cathol  
res in  
praesu  
delis,  
num o  
milib  
defen  
rit, ual  
ad po  
dam  
raten  
bono  
domin  
to unx  
plam  
unus e  
emptu  
empto  
ptores  
ficeret  
regi A  
rhis ga  
tis con  
ficeret  
bruti,  
Cantic  
dus sa  
triginta  
tium, a  
Amos  
pro eo  
perfa  
bemus.  
filiu  
singuli  
sic isti  
autem  
facero  
tradito  
raciter  
postola  
impior  
tit cu  
phetic  
dictio,  
cum iu  
dies eu  
staua  
ma, en  
tiam ei  
ator. C

ita extunc, & usq; nunc, Iudæi quidem & hæretici maliciose indignantur, nonnulli autem catholici simpliciter, indignati sunt, & indignantur aduersum nos, scribentes & studentes in scripturis: & quasi perditione ungenti existimant, quod scribimus, putantes quod præsumptionem & pro uana gloria hoc faciamus. Sed tandem loquitur dominus testis fidelis, & conscius cuiusq; intentionis, & dicit. Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Deniq; etiam præter commune testimonium, quod perhibebit omnibus, & quo omnes defendet in die iudicij, iam hic nonnullos talium defendit qualibet defensione, ut inter indignationes ipsas perseuerare, & opus bonum quod operari cœperit, ualeant perficere. **L**uc abiit unus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariot, ad principes sacerdotum, & ait illis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Illi constituerunt ei triginta argenteos. Et erinde querebat oportunitatem, ut eum traderet. Hoc opus illi operi mulieris oppositum siue contrarium est, ut bono malo. Planè sic de illa dixit, opus bonum operata est in me, sic contra de isto dicit dominus, malum opus operatus est in me. Illa enim ad sepeliendum me præciofo ungento unxit, iste ad crucifigendum me uili præcio uendidit. ¶ Nulla tradidit scriptura quempiam sanctorum siue prophetarum, qui multi interfecti fuerant, ita ut aliquando diceret unus ex illis Helias, relictus sum ego solus, & quærunt animam meam: sic uenditum, siue emptum fuisse, ut uenditus siue emptus est iste sanctus sanctorum, id est, sic emptum, ut emptores interficerent eum. Ioseph quidem sanctus in typum huius fuit uenditus, sed emptores non iccirco emerunt, ut interficerent eum. Et Aman impiissimus iccirco, ut interficeret, emere uoluit uniuersum genus Iudæorum, in quo utiq; nonnulli iusti erant, dicēs regi Assuero, si tibi placet, decerne, ut pereat, & decem milia talètorum appendam archam gazæ tuæ: sed neq; rex accepto argento populū uendidit, neq; Aman placito suo gratis concessum interficere potuit. ¶ Iste unus sanctus sanctorum ad hoc emptus est ut interficeretur, emptus præcio uili, scilicet triginta argenteis, quod præcium uix est unius uituli bruti, quo multo melior erat iste uitulus domini. Quanto melior? Caput eius (ait dilecta in Canticis) aurum optimum, manus eius aureæ, plenæ hiacynthis. Venter eburneus, distinctus saphyris. Crura colūna marmorea, quæ fundatae sunt super bases aureas. Hic tantus triginta emptus est argenteis, uenditore nimis ultroneo, ponente præcium in arbitrio emētium, ac dicente. Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam. Hinc per prophetam Amos dictum est. Super tribus sceleribus Irahel & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod uendiderit argento iustum, & pauperem pro calciamentis. Deniq; & si hoc persæpe fecit ille Irahel, nos tamen ea tantum attendimus, quæ cognita de scripturis habemus. Primo uendiderunt argento iustum, & pro calciamentis pauperem, quando decem filij Iacob fratrem suū Ioseph uiginti argenteis Israhelitis uendiderunt, quo ex præcio cū singulis non plures obuēissent q̄ duo argentei, uix inde potuerunt calciari. In illo scelere sic isti mensuram patrum suoz̄ impleuerunt, ut triginta argenteis Iudas uenderet, emerent autem principes sacerdotum talem tantumq; pauperem iustū: qui uidelicet duo principes sacerdotum Annas et Cayphas, pompaticè soliti incedere, ex eodē præcio, cū retulisset eis traditor, uix satis insigniter potuerunt calciari. ¶ Hoc agendo Iudas infelix uere abiit, & ueraciter sic dictum est, tūc abiit unus de duodecim. Abiit enim & totus recessit ab illis, A postolatum suum dimisit, Episcopatum suum alteri dereliquit. Abiit (inquam) in consilio impiorum & in uia peccatorum stetit, & in cathedra pestilentiae sedit. ¶ Abiit à deo, stetit cū diabolo, & relatis triginta argenteis, nihilominus in triginta maledictionibus, ore prophetico in psalmo centesimo octauo tricies maledictus, antequam natus. Prima est maledictio, constitue super eum peccatorem. Secunda, & diabolus stet à dextris eius. Tertia, cum iudicatur exeat condemnatus. Quarta, & oratio eius fiat in peccatum. Quinta, fiant dies eius pauci. Sexta, & episcopatu eius accipiat alter. Septima, fiant filij eius orphani. Octaua, & uxor eius uidua. Nona, nutantes transferantur filij eius & mendicent. Decima, eiciantur de habitationibus suis. Undecima, scrutetur fœnerator omnem substantiam eius. Duodecima, & diripiant alieni labores eius. Tertiadecima, non sit illi adiutor. Quartadecima, nec sit qui misereatur pupillis eius. Quintadecima, fiant nati eius in

3. Reg. 19

Gene. 37.

Hester. 3

Vile præcium uenditionis. Cant. 5.

Amos. 8

Gene. 37

Matth. 23.

Abiit Iudas. Psalm. 102. Actu. 7. Psalm. 7.

Triginta maledictiones in Iudam.

eius in

eius in interitum. Sextadecima, in generatione una deletur nomen eius. Septimadecima in memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini. Octadecima, & peccatum matris eius non deletur. Nonadecima, fiant contra dominum semper. Vicefima, & dispereat de terra memoria eius. Vicefimaprima, & dilexit maledictionem & ueniet ei. Vicefima secunda, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo. Vicefimatertia, & induit maledictionem sicut uestimentum. Vicefima quarta, & intravit sicut aqua in interiora eius. Vicefima quinta, & sicut oleum in ossibus eius. Vicefima sexta, fiat ei sicut uestimenta octaua, qui insurgunt in me, confundantur. Vicefima nona, induantur qui detrahunt mihi, pudore. Tricesima, & operiantur sicut diploide confusione sua. ¶ Quam ergo mala, & damnosa decimatione miser, nec tamen miserabilis, Iudas, illam quam dixerat perditione ungenti recuperauit. Dixerat enim. Vt quid perditio hæc? Quare hoc ungenti non tueri tricentis argenteis, & datum est egenis. Trecentorum quippe denariorum decimatio sunt triginta denarij, quot uel quibus benedictum uendit, & triginta maledictiones hæc reditate possedit. ¶ Prima autem die azymorum, accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Ubi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit Iesus illis, & parauerunt pascha. ¶ Prima dies azymorum, quartadecima dies erat mensis primi, cuius ad uesperam pascha erat, id est, immolatio agni, dicente domino ad Moysen. Mensis iste principium uobis mensium, primus erit in mensibus anni, & cætera usque, septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentum in orationibus uestris. Item. Primo mense quartadecima die mensis ad uesperam comedetis azyma, usque ad diem uicefime primam eiusdem mensis ad uesperam. ¶ Sane primus mensis apud Hebræos Nisan, apud nos dicitur Aprilis, quem ita secundum legem propter rationem paschæ obseruamus, ut lunatio, cuius quartadecima dies in ipso æquinoctio uel post æquinoctium euenit, ipsa mensis primus habeatur. Ad uesperam illius diei, quando luna plenissima est, agnus mystico ritu immolabatur, & comedebatur cum azymis panibus & lactucis agrestibus. Illa die cum in ciuitatibus domibus immolatus teneretur agnus, a decima die seruatus, ut ad uesperam immolaretur querebat Iudas oportunitatem, ut agnum dei traderet, & oportunitas hoc modo querebatur. Ite ait dominus Iesus in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est, &c. Nam in ciuitatem, hoc est in Hierusalem à Bethania uenit, & illuc ueniendo ac diutius immorando, traditori oportunitatem fecit. ¶ Sciendum quippe, quia cæteris diebus cum in templo docuisset, ad uesperam egrediebatur in Bethaniam, & ibi noctibus morabatur, adeo nulli unquam adulatus, ut in tam magna & ampla ciuitate, nec saltim unius noctis unquam habuerit hospitium. Illa nocte, qua tradendus erat, diutius (ut iam dictum est) immorari uoluit, licet sciens (ut Euangelista Iohannes scribit) omnia quæ uentura erant super eum. Non enim deceret principem fortitudinis, quamuis nostre mortalitatis infirmitate circumdatum, quamuis morte instante paueret & tæderet, refugere horam uel tempus suum, redeundo more solito citius in Bethaniam. ¶ Nunquid enim deberet, nunquid iustum aut legitimum esset, alias quam Hierosolymis illud uetus pascha consummare, nonnisi corporis & sanguinis sui sacrificium, quod illa nocte fecit, offerre? Caue (inquit lex), ne offeras holocausta tua in omni loco quem uideris, sed in eo quem elegerit dominus, in una tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcumque præcipio tibi. Factus sub lege obedientiam legi debebat, ut non in Bethania siue in alio quocumque loco, sed in loco quem elegerat dominus, scilicet in Hierosolymis, sacrificium suum offerret. Quando putas locum illum elegerit dominus? Putas ne quando Salomon in ea ciuitate templum condidit? Imò quando pater Abraham filium suum Isaac ibi obtulit, tentante domino ac dicente, tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & uade in terram uisionis, atque offer eum ibi in holocaustum super unum montium quem monstrauero tibi. Iam tunc elegerat dominus locum illum sacrificio huic, cuius in typum iusserat dominus Isaac ibidem à patre suo sibi offerri. Nam quod legimus in terram uisionis, in Hebræo habet moria, & est mons in quo postea templum

Mala decima  
tio Iudæ.  
als † uendit

Lex de az  
zymis.  
Exodi. 12  
Deut. 16

Obseruatio  
paschalis ipis

Cur eo uespe  
diutius soli  
to immorat  
est Iesus in Hie  
rusalem.

Iohan. 78

Marci. 14.

Deut. 12.

3. Reg. 8  
Gene. 22.



emplum conditum est, in area Ornan Iebusæi, sicut & in Paralypomenon scriptum est. Et coepit Salomon domū domini in Hierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuit erat David patri eius, in loco, quem parauerat David in area Ornan Iebusæi. Hæc iccirco dixerim, ne ignorem causam cur uirtus iste, siue agnus immolandum, accedere debuerit ad locum immolationis, scilicet quia factus sub lege, debuit obedire legi. ¶ Itidē de ingressu eius in eandē ciuitatē, quo ingressus est decima die, sentiendū ac dicendū est. Neq; em̄ (ut nonnulli putant & dicunt) iccirco cū tanta gloria tunc in ciuitatem introiuit, ut eos prouocaret ad interfectionem sui, sed obediens legi dicenti. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum corā domino deo tuo, tribus uicibus per annos singulos ascendebat, scilicet in solennitate azymorum, in solennitate mensis primitiuorum, & in solennitate tabernaculorum. Populorum autem turbæ, quæ conuenerant ad diem festum, iccirco cum tanta gloria obuiam ei uenerunt, quia audierant eum fecisse recens illud miraculum, scilicet uocasse de monumento Lazarum mortuum quadriduanum, L. Vespere autem facto, discumberebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. Amen dico uobis quia unus uestrum me traditurus est. Et contristati ualde, coeperunt singuli dicere. Nunquid ego sum? At ipse respondens, ait. Qui intingit mecum manum in parapside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Te autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum? At ille. Tu dixisti. Coenantibus autem eis, accepit Iesus panem, et benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, et ait. Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Bico autem uobis, non bibam a modo de hoc genimine uitis, usq; in diem illum, cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. ¶ Hic idem narrationis ordo apud Marcum habetur, scilicet inter manducandum & bibendum, dum manducarent uetus pascha, id est, agnum assum eum azymis panibus, & lactucis agrestibus, proditorem fuisse designatū, dicendo. Amen dico uobis quia unus uestrum me traditurus est, & cætera, usq; quo ait illi, tu dixisti. Et tūc demum sacramentum corporis & sanguinis sui dominum tradidisse discipulis suis, ubi iam de traditore illo nulla mentio fit. Porro apud Lucam textus uel ordo literæ se aliter habet. Prius enim utrunq; pascha, scilicet uetus & nouum, continua narratione describit, & tunc demum hæc domini uerba subiungit, ueruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, &c. ¶ Hæc diuersitas in ordine narratiōis, diuersas magnis atq; catholicis patribus de Iuda traditore sententias peperit: alijs dicentibus de illo, quod interfuerit; alijs astruens, quod iam exisset & non interfuerit, ubi dominus iam dictum corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis suis tradidit. ¶ Præcipuus pater Augustinus attendens Lucæ Euangelistæ narrationem siue literæ eius seriem, hoc sensit, hoc in plerisq; locis scripsit, quod ille interfuerit, & cum cæteris Apostolis sacramentum hoc acceperit. Exempli gratia. In euangelio secundum Iohannem, ubi dictum est, et post buccellam, tunc introiuit in illum Satanæ, non autem (ait) ut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligendum enim est, quod iam omnibus eis distribuerat dominus corpus & sanguinis sui sacramentum, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime me narrat, ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Iohannis apertissime dominus per buccellam tinctam atq; porrectam suam exprimit traditorem, fortassis per parris tinctionem illius significans fictionem. ¶ Porro beatus Hilarius hanc Matthæi narrationem sequens, in hoc ipso euangelio dicit. Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo pascha accepto calice & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum sacramentorū non fuerat communionem. Nam discessisse statim hic intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neq; sane cum deo bibere poterat, qui non erat bibiturus in regno, cum uenerosum istum bibentes, ex uitis istius fructu secum postea bibituros polliceretur. ¶ Si ergo causa postulauerit, ut in quæstionem ueniat, utrum Iudas adhuc in illa hora cum discipulis fuerat,

Paral. 3.

Gal. 4. Ingressus Iesu in die paschae.

Exodi. 23.

Math. 27. Iohan. 13.

Marci. 14.

Lucæ. 22.

Duplex doctor sententia de Iuda in coena domini. Sententia Augustini.

Iohan. 13.

Sententia Hilarij.

pulis fuerit, an ante iam exierit, quis horum magis audiendus uel sequendus erit? Is utiq[ue] cui magis opitulatur ratio sumpta de textu euangelicæ narrationis. Soli nanque sunt propheta & apostoli, quorum de scripturis in aliquo dubitare nefarium sit. Quod cum multis ipsorum, qui scripturas tractauerunt, confirmari possit sententijs, una sufficiat beati Hieronymi in uersiculo psalmi octuagesimifexti. Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. Videte (ait) quid dicat. Qui fuerunt, non qui sunt, ut exceptis Apostolis quodcunq[ue] aliud post ea dicitur, abscidatur, non habeat auctoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post apostolos, quamuis disertus sit, non habeat auctoritatem, quoniam dominus narrat in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. ¶ Si igitur scire opus est uel scire cupimus, cuius nam ratio firmior sit, peruidendum est prius, quomodo Lucas à cæteris Euangelistis Matthæo & Marco in ista narratione non discrepet, quia uidelicet beatus Augustinus eorum consonantiam hic non requisit, dum Lucæ narrationem sequi uisus est. Quærentibus istud iam occurrit, quia uidelicet cum dixisset. Et accepto pane, gratias egit & fregit & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem: similiter & calicem, ita determinauit, ut diceret, postquam cœnauit. Profectò si postquàm cœnauit, ergo et post uerba hæc. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, quia (sicut iam dictum est) secundum alios Euangelistas hæc uerba dixit, non postquam cœnauit, sed quando cœnauit, et de cœna ipsa buccellam intinctam ludæ porrexit, qui et (sicut Iohannes refert) continuo exiuit. ¶ Hic iam quaeritur, quid opus fuerit, ut hic Euangelista tali ueretur modo narrationis? Est enim hic modus, quem recapitulationem uocant, unde Ticonius quidam, qui (ut ait beatus Augustinus) contra Donatistas inuictissime distulit, sextam regulam scripsit in libro, quem regularum uocauit, quia in eo quædam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperientur occulta. Sextam regulam ille recapitulationem uocauit, in obscuritate scripturarum satis uigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quædam quasi sequantur in ordine temporis, uel rerum continuatione narrentur, cum ad priora, quæ prætermissa fuerant, latenter narratio reuertetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. Exempli gratia. In Genesi scriptum est Plantauerunt autem dominus deus paradysum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Statimq[ue] sequitur. Produxitq[ue] dominus deus omne lignum pulchrum uisu, et ad uescendum suauis, lignum etiam uitæ in medio paradyssi, lignumq[ue] scientiæ boni et mali. Hoc igitur uidetur dictum, tanquam id factum sit, postquam factum posuit deus hominem in paradyso, cum breuiter utroq[ue] commemorato, scilicet et quod plantauerat dominus deus paradysum, et quod in eo posuit hominem quem formauerat, recapitulando redeat et dicat quod prætermiserat, uidelicet quomodo plantatus fuisset paradyfus. Multa secundum hunc modum in scripturis inueniuntur, quorum ad obscuritatem elucidandam, regula hæc, scilicet recapitulatio ualde utilis est. ¶ Hoc ergo quaeritur, (ut iam dictum est) cur Lucas Euangelista scribendo illam domini cœnam, tali narrationis modo uti uoluerit? Istud quaerentibus, illud in primis demonstrandum est, quia solus ipse, uidelicet Lucas, hæc domini uerba præscripsit, dicta in illa priori cœna typici pasche siue agni paschalis, quem comedit cum suis discipulis secundum morem ueteris mandati. ¶ Defyderio (ait) defyderauit hoc pascha manducare uobiscum, antequàm patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit et dixit. Accipite et diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam de genimine uitis, donec regnum dei ueniat. Hoc solus (ut iam dictum est) Lucas scribere curauit, dominum dixisse, quod defyderio defyderauerit cū discipulis suis comedere pascha illius anni, qui erat annus tricesimus tertius assumptæ humanitatis, suiq[ue] defyderij cauissam hanc subiunxisse, quod pascha illud manducaturus, & calicem eiusdem typici pasche bibiturus non esset, donec impleatur in regno dei. Congruum ergo fuit ut modum adimplentionis illius continuo perscriberet: & iccirco dilatis, quæ in eadem cœna dicta sunt, & accepto (inquit) pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit

Verba Hieronymi. Psal. 86.

Pareet ex scripturis, iudas non interfuit le sacra coe ni post cœnam factæ. Lucæ. 22

Iohan. 13 Recapitulatio Sexta regula Ticonij.

Gene. 2.

Cur Lucas alio narratiõis modo utit hic, q alij euangelistæ

Lucæ. 22.

occurrit dicens. Hic est calix nouum testamentum, in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Hoc itaq; modo impletur in regno dei illud, quod illo priore pascha & priore calice figurabatur. Extunc enim uenit regnum dei, cuius uidelicet regni initium erat passio eius ad quam nocte illa tradebatur, tertia die resurrecturus. Itaq; causam nos arbitramur dixisse idoneam, propter quam solus Lucas utriusq;, scilicet ueteris ac noui, paschæ narrationē continuare uoluerit, ac demum per recapitulationem redisse ad uerba, quæ ante sacramentum noui paschæ dicta esse testantur Euangelistæ cæteri. ¶ Non ignoro quod pleriq; & ferè omnes sensum sequantur & magis amplectantur beati Augustini quàm beati Hilarij, quem tamen aliter sensisse uel scripsisse hæc tenebatur nouerant admodum pauci. Aiunt namq; multos hodieq; indignos (quod uerum est) idem sacramentum accipere, & accipiendo iudicium sibi manducare & bibere. Aiunt etiam, quod itidem uerum est, nemini nisi confessio uel conuictio de crimine sacramentum hoc denegari debere, & cum alia ratione, imò multis rationibus illud comprobetur, maxime huic rationi innituntur, quia dominus Iudas traditor, sicut & cæteris Apostolis, sicut nondum confessio aut conuictio communio nem eiusdem sacramenti non negauit. ¶ Sed uideamus utrum Iudas secundū præscriptam considerationem confessio uel conuictio fuerit an non, quando dominus hoc sacramentum tradidit. Nam quomodo uel quali ordine in occultis criminibus ad hoc perueniendū sit, ut confessio uel conuictio quis habeatur, dominus ipse prædocuit. Si (inquit) peccauerit in te frater tuus, uade & corripue eum inter te & ipsum solū. Si te audierit, lucratus es fratrem tuū. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unū uel duos, ut in ore duorū uel trium testium stet omne uerbū. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Videndū ergo, utrum, sicut in cæteris accipiendus, quæ cepit Iesus facere & docere, ita & isto fecerit ipse qd̄ docuit. Vtiq; peccabat in eū Iudas frater fictus, quia festinabat tradere eū, nullo fratru, id est discipuloꝝ sciente, præter ipsum qui omnia nouerat, quem latere non poterat. Ait aut suppressio nomine traditoris, unus ex uobis me tradet. Ita dicendo, profectō corripuit eum inter se & ipsum solum, quia præter ipsum, quē sua ipsius conscientia latere non poterat, nemo sciuit de quo diceret. Non audiuit corripientem, quippe qui in intentione persistens, manū quoq; cum domino intingebat in catino, callidus ut putabat ipse. Tunc (ut plenius Iohannes narrat) aspicientibus ad inuicem discipulis, & hæsitantibus de quo diceret, erat recubens unus ex discipulis Iesu in sinu eius, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Symon Petrus, & dicit ei. Quis est de quo dicit? Itaq; cū recubisset ille supra pectus Iesu, dicit ei. Domine quis est? Qui respondit Iesus. Ille est, cui ego intinxerim panem porrexero. Et cū intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscariothis. Hoc agendo nimirū adhibuit unum alium secum, scilicet Iohannem cui locutus fuerat, audiente ipso Iuda, quia propius assidebat, ut fieret quod dixerat, quia in ore duorū uel trium testium stet omne uerbū. Non audiuit eos, imò deterior factus est, sicut per hæc uerba innuit Euangelista, & post hucellam tunc introiuit in illū Satanās, & cum indignatione dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Et ait Iesus illi. Tu dixisti. Et hoc nimirū ecclesiæ dicere fuit, quia conuentus discipuloꝝ audire potuit. Continuo exiuit ecclesiam non auditurus, imò quod faciebat facturus citius, iam ethnicus & publicanus, ethnicorū & publicanorū deterrimus. Hæc iccirco dixerim, ut si sententiam beati Hilarij supra scriptam sequamur, nihilominus cōstare sciamus, quod sacra communio nemini deneganda sit, nisi de crimine confessio sit aut conuictio. ¶ Nam, ut ad propositum sermo recurrat, considerandum in isto capitulo, quanta sit faciei præscriptæ, faciei uitulinæ mansuetudo, quanta ratio, quanta ueritatis & iustitię pulchritudo. Non antehac tradidit uel cōdidit hoc sacramentum corporis & sanguinis sui, sed tunc primum quando in passione iā agonizabatur, ipsa nocte qua tradebatur, quando iam strues lignorum componebatur, super quam secundum spirituales ritum sacræ ac mysticæ legis membra talis uituli cæsa ordinarentur, subiecto in altari igne magnæ charitatis, siue spiritus sancti, per quem desyderabat offerri, tunc adipem suū pro peccato ipse obtulit, scilicet omnē necessariam nobis utilitatem suæ passionis, sub istis speciebus panis & uini, dicendo, hic panis est corpus meum. Hic calix nouum est testamentum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Et recte atq;

Rōnes p̄ sensu  
tētia August.

An Iudas fuerit de crimine  
tū cōfessus &  
conuictus.  
Matth. 18.

Actu. 1.

Iohan. 13

Cur in ultima  
cena instituit  
dñs sacm̄  
corpis & ian.

Leuit. 4

**1. Cor. 11.** rationabiliter. Et enim sacramentum hoc, quo mors eius annunciat, quemadmodum  
 Apostolus dicit, Quotienscūq; em manducabitis panē hunc & calicem bibetis, mortē do  
 mini annuntiabitis donec ueniat; quando debuerat condi uel dari, nisi sub ipsius articulo  
 passionis: Hoc deniq; ratio uel nostrae salutis ordo poscebat, ut non nisi iam mundatis per  
 passionem eius ab illa ueteri macula peccati originalis, daretur iste cibus uitae contra illud  
 edulium mortis, quod primus homo maligna intentione comedit, uolens esse deo similis,  
 in quo omnes peccauimus, in quo omnes superbiae ueneno infecti fuimus. ¶ Sed dicit ali  
 quis. Nondum erat fusus ille sanguis, sed fusus est die sequenti, quo & ipsos Apostolos or  
 portebat emundari, quibus primis illa nocte hanc escam & hunc potum dedit. Ad hęc in  
 quam. Iam uenditus erat iste agnus dei, iam tradebatur iste uitulus sacrificij ueri, & iccirco  
 iam recte mundi habebantur, iamq; ueraciter uocabantur amici, ita ut diceret eis, Iam uos  
 mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis. Et subinde, Vos amici mei estis  
 ¶ Et notandum quod non dixit propter passionem uel mortem meam iam uos mundi es  
 stis, iam uos amici estis, sed propter sermonem (ait) quem locutus sum uobis. Non em pas  
 sio uel mors eius aliter eis profuisset, nisi sermo, quem locutus fuerat eis, creditus uel admi  
 xtus fidei fuisset. Quod aut istis dixit: omnibus quoq; sanctis dixit, aut dicere potuit qui eū  
 expectabant ab origine mundi, iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum  
 uobis. Nam reuera propter eum, quem locutus est eis, sermonem legis & prophetarum,  
 propter illud quod primum ad Abraham locutus est promissiois uerbum de semine eius,  
 quod est ipse Christus: propter illum (inquam) sermonem quia crediderunt, iam ex eo mū  
 di sunt, & mundauit eos ipsa passio eius, quae tunc agebatur: ipse sanguis eius, cuius effu  
 sio nocte illa parabat. ¶ Vnde licet iam dictum corporis & sanguinis eius sacramentū,  
 humana comprehendi ratione non possit, quomodo panis corpus eius & uinum quomo  
 do sanguis fiat, quomodo dudum de isto loquens mysterio dixerit, & panis quem ego da  
 bo caro mea est pro mundi uita: hoc tamen rationabiliter dixeris, quod uel pro eo panis  
 iste recte dicatur & uere sit caro Christi, quia nobis residuis, qui nondum eramus nati, no  
 bis uiuentibus, siue ueniētibus ab ipsis Apostolis, idem facit comesus iste panis, quod illis  
 prioribus sanctis fecit in sua specie crucifixi moriens & sepulta caro Christi. Remissionē  
 peccatorum contulit prioribus illis caro Christi mortua, & eodem uentre recepta, quo se  
 pulsa continebantur eorum corpora: & sanguis ille, quem & uiuens illa nocte sudando e  
 manauit, & iam mortuus cum aqua de latere suo fudit: remissionem peccatorum operat  
 tur & nobis sacramentum eiusdem carnis & sanguinis sub istis speciebus panis & uini.  
 ¶ Igitur ut dicere coeperam, non ante passionem, sed sub ipso passionis uel mortis articulo  
 sacramentum hoc fieri uel dari debuit, quo simul omnes tam mortui quam uiui credentes,  
 ab illa macula ueteris cibi abluerentur, & simul omnes isto noui testamenti sacramento es  
 pularentur: mortui modo sibi congruo, & uiui modo sibi congruo. Deniq; mortui, quo  
 niam in uita sua de sacrificijs huius sacramenti significantius initiati fuerat, uenturum &  
 moriturum Christum licet intelligerent, pauci signis illis annunciantes, iccirco recte refer  
 ctionis perfectionem illam, quam diximus, assecuti sunt, ut & mortui Christi anima uel spl  
 ritus ad animas illorum descenderet: per quod factū est, ut statim uiderent et scirent, quam  
 suauis est dominus deus, qui angelorum cibus est, quos pascit immortaliter: & corpus in  
 eiusdem terrae uentrem deueniret, quo condita erant eorum corpora, p quod resurrectio ad  
 uitam daretur eis, sicut ex multis qui cū eo iam tunc resurrexerunt, confirmatū est. ¶ Por  
 rō uiuis, id est nobis, quibus ueraciter dicitur, & qui fideliter credimus, quia Chrūs resur  
 gens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, non iam figurā propo  
 nuntur, quae Christi morte impleantur, sed ipsa rei ueritas, uerū sacrificiū, quo ipsa Christi  
 mors uerbis manifestis cū signaculo crucis eius annūciatur, ubi miro modo & uiuimus, &  
 mortui sumus, quicūq; enim (ait Apostolus) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius  
 us baptizati sumus: quo uidelicet baptismo nisi mortui fuisset, non esset nobis in cibo et  
 potu isto annūciare mortem eius. ¶ Libet hic nota uti similitudine, In libro Numeri scri  
 ptū est. Misit Moyses exploratores ad considerandam terram & confortamini (inquit)  
 & afferte nobis de fructibus terrae. Cūq; ascendissent explorauerunt terram, pergentes  
 usq; ad

Gene. 3.  
 Roma. 5.  
 Obiectio.  
 Solutio.

Iohan. 15.  
 Iam uos mundi  
 estis propter  
 sermonē, &c.

Gen. 15. 1. 22.  
 Gala. 3.

Remissionem  
 peccatorū con  
 tulit caro Chri  
 sti, aliter antiq;  
 aliter nobis.  
 Iohan. 6.

Quo mortui  
 an passionē  
 Chri. refecti  
 sū hoc sacro  
 noui testam.

Math. 27.

Roma. 6

Ibidem. 3

Nume. 13

ut qui ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in ueste  
 duo uiri. Secundum illius rei gestae similitudinem, nimirum & illi qui tempore praecesserunt  
 & nos qui subsequimur Christi aduentum, utriusque portamus quasi botrum cum palmite suo,  
 magnam promissionis dulce experimentum, scilicet dominicae incarnationis, passionis, resur-  
 rectionis atque ascensionis mirabile sacramentum. Illi portauerunt in sacris ac mysticis sa-  
 crificiorum caeremonijs umbraticis & significatiuis: nos portamus in isto unico sacrificio  
 panis & uini. Quapropter hic animaduertendum, quia uirque illorum portantium botrum illud,  
 alter qui praecedebat, quod portabat ipse non uidebat: alter qui sequebatur, quod porta-  
 bat ante se uidebat. In hoc denique nos atque illi non minime discernimur, quod nos manife-  
 stis (ut iam dictum est) uerbis cum signaculo uiuificaec crucis uerum perficientes sacrificium,  
 mortem domini annunciamus, mortem domini sequimur, & crucem baiulamus. Botrus  
 quippe in ueste, Christus est in cruce, & hoc aperta facie contemplamur: illi autem porta-  
 bant quidem, sed non uidebant: legebant, sed non intelligebant: & qui optimi erant, qui in-  
 telligere digni erant, qui prophetice oculis uidebant, eis dicebatur ne propalarent. Exem-  
 pli gratia. Tu autem Daniel, claudere sermones, & signa librum usque ad tempus statutum.  
 Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Ad Esaiam autem. Liga testimonium, si-  
 gna legem in discipulis meis. Quamuis de hoc sacramento a maioribus nostris multa sus-  
 picenter dicta sint, & fastidium legentis uitandum sit, unum tamen adhuc, quod mens sug-  
 gerit, libet eloqui. Iam enim forte quis animaduertit, quod hic maxima tentatio sit. Et re-  
 uera non fallitur quisquis hoc animaduertit. Est enim hic tentatio dei, tentatio quaerens si-  
 dem: cui contraria est tentatio diaboli, tentatio quaerens perfidiam. Cuius uidelicet ten-  
 tationis dei, ut de simili causa proferamus testimonium, ecce in Exodo dicit dominus ad  
 Moysen. Ecce ego pluiam uobis panes de caelo. Egredietur populus & colligat quae suf-  
 ficiant per singulos dies, ut tentem eum, utrum ambulet in lege mea an non. De simili cau-  
 sa ideo dixi, quia profectum quod tunc dominus Manna de caelo pluit, in figura sacramen-  
 ti huius contigit illis. Ut itidem tentationis diaboli de causa contraria proferamus exem-  
 plum, serpens, in idem in serpente diabolus, dixit ad mulierem. Nequaquam morte moriemini.  
 Scit enim deus, quod in quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis  
 sicut dii, scientes bonum & malum. Comedit mulier, deditque uiro suo, & comedit. Ita  
 tentati a diabolo tentauerunt deum, & aperti sunt oculi amborum, non ut scirent bonum  
 & malum, sed ut a bono caderent in malum: non ita ut se esse deos, sed ita ut cognoscerent  
 se esse nudos. Non autem putandum, quod tunc primum tentauerint deum, quando ue-  
 ritum comedendo, experiri ausi sunt uter uerius existeret, deus ne qui dixerat, in quocumque  
 die comederitis ex eo, morte moriemini, an serpens qui dicebat, nequaquam morte mori-  
 emini, sed eritis sicut dii. Iam ante tentare deum inceperant, iam antequam foris audissent  
 malum serpentis consilium, intus in corde suo tentabant deum, uersantes diuinitatis appeti-  
 tum. Nam sicut ante nos dictum est, nisi prius intus intumuisent, foris tentati tam facile non  
 cecidissent. Alioquin quomodo aequum fuisset, ut deus tentaret eos, ponendo praecipitum,  
 quod non ignorabat eos fore praeuaricatos? Deus enim intetator malorum est. Quod  
 ut apertius dictum sit, deus non nisi male tentatus ab aliquo, non tentat aliquem tentatio-  
 ne, in qua comprehendatur praeuaricator. Exempli gratia. In tentatione supra memorata,  
 quae tentauit populum dicens, Egredietur populus & colligant quae sufficiant per singu-  
 los dies, ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non: die autem sexta parent quod  
 inferant, & sit duplum quam colligere solebant, quia in die septimo non inuenietur: pra-  
 uaricatores inueniendi erant. Venit enim dies septima, & egressi de populo ut colligerent  
 non inueniunt. Dixit autem dominus ad Moysen, Vique quo non uultis custodire man-  
 data mea & legem meam? Nunquid intentatus deus eos illa tentatione tentauit, quos pra-  
 uaricatores non ignorauit? Non utique intentatus, murmurauit enim omnis congregatio fi-  
 liorum Israel, murmurando tentans, tentando murmurans, sicut habemus in psalmo. Et  
 tentauerunt deum in cordibus suis ut peterent escas animabus suis, & male locuti sunt de  
 deo. Dixerunt. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Nunquid & panem po-  
 terit dare, aut parare mensam populo suo? Porro si quem tentat deus, a quo non ipse

Danie. 12  
 Esaias 8.  
 Duplex tenta-  
 tio circa hoc  
 sacramentum,  
 Tentatio dei,  
 Exodi. 16  
 1. Cor. 10  
 Gene. 3.  
 Adā & Eua  
 prius tentau-  
 erunt deū q̄ te-  
 nati fuerunt.  
 Iacobi. 1.  
 Duplex tenta-  
 tio dei, una in  
 ruinam.  
 Exod. 16  
 Psalm. 77.  
 Altera i glia,  
 est male



est male tentatus, illi nimirum omnis tentatio in gloriam cooperatur, unde non solum Abraham, quem deus tentauit in oblatione filii sui, uerum etiam ferè omnes sancti pro exten-  
 Sapien. 3 plo sunt, de quibus sapientia dicit. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus tenta-  
 Deut. 2. uit illos, & inuenit eos dignos se. Omnibus his Moyses dicit illud, quod Israel in Deo  
 teronomio dicit. Adduxit te dominus deus tuus per desertum, ut affligeret te atque tenta-  
 ret & nota fierent quæ in tuo animo uersabantur, utrum custodires mandata illius an  
 non. Ac deinceps. Eduxit te de Petra durissima, & cibauit te Manna in solitudine,  
 Magna tēra- quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit, ac probauit, ad extremum miserum  
 tio circa locū; est tui. ¶ Igitur, ut ad propositum redeam, magna in isto sacramento tentatio dei est,  
 corpis & san- tentatio quærens fidem, ad euacuandam perfidiam, quam tentatio diaboli in primis  
 guis Chri- hominibus inuenit, quibus uetium comedere persuasit. Est autem fides (ait Apostolus)  
 tiebra. j. sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Oportebat ergo non ap-  
 parere res, ut locum haberet substantia hæc, res inquam, id est, carnem & sanguinem non  
 apparere oportebat, non solum sed sensus nostros comedentium atque bibentium natura  
 li offensione offenderent: quibus humanam carnem manducare uel dentibus terere, sangui-  
 uinemq; humanum bibere, neque pium, neque naturæ amicum estauerunt etiam, ut locum  
 haberet hæc sperandarum substantia rerum, hoc argumentum non apparentium,  
 scilicet fides in qua testimonium (ait idem Apostolus) consecuti sunt senes. Denique si o-  
 mnes respicias senes, id est, antiquos patres, quibus testimonium sancta perhibet scriptura,  
 quod fuerint fideles: quosq; Apostolus ibidem enumerat, sententiam hanc ueram inter-  
 serens, sine autem (ait) fide impossibile est placere deo: omnium illorum fidem probatam  
 inuenis circa res & uias quæ non apparebant, quas ipsi iam non uiderent, sed tantum sperare  
 Ibi dem. poterant, quarum etiam aliqua non solum non apparebant, sed & supra naturam erant.  
 ¶ In hoc itaque sacramento, cum sit opus magnæ atque ineffabilis misericordiæ, miro nis-  
 hilominus iudicio, miranda tentatur ueritate, ut manifesti fiant hi quorum est fides, quibus  
 salua iudicij rectitudine, misericordia condonare debeat morsus illos ligni uetiti, quos  
 momordit mulier & dedit uiro suo, mala in deum suspitione, peruersa & nimia circa ser-  
 pentem credulitate. Nonne creditum ibi fuit quod non apparebat, quod non uidebatur?  
 Nunquid oculis uidebant in illo fructu ligni uirtutem tantæ rei esse etiam, quam serpens  
 promisit dicens, eritis sicut dii: Et quidem nec illa mors apparebat aut uideri poterat oculis,  
 quàm interminatus fuerat deus, dicens. In quocumque die comederis ex eo, morte mor-  
 Gen. 2. rieris: sed credere oportuisset deo creatori fideli in omnibus quæcunque dixit: creditum  
 autem fuit non creatori, sed serpenti, non deo, sed diabolo. Totum illud sacrilegium per  
 istud emendatur sacramentum, in illis qui credunt & credentes percipiunt, in fide humi-  
 les, in humilitate fideles: ac proinde illis parentibus longe dissimiles, cum illi promissum  
 illud audierint in præciam præuaricationis, eritis sicut dii, superbi & male creduli, ac pro-  
 Iohan. 15 inde male creduli quia superbi, isti autem uocem humilitatis audiunt in mysterio siue an-  
 nunciatione mortis eius, uos amici mei estis, manete in me, & ego in uobis. Quanto enim  
 Iohan. 6 suauior est hæc uox, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me ma-  
 forte & illes- net & ego in illo: & dilectione illa, quam serpens susurravit, comedite & eritis sicut dii, quæ  
 sione utique de suo non dabat, sed rapinam facere suadebat, hic autem non quaecumque su-  
 um, sed suam carnem & suum sanguinem dat. ¶ In illis qui non credunt, & non credentes  
 Hæretici cir- ore tamen sacramentum percipiunt, cibus & potus iste operatur iudicium, quia tentati res  
 ca hoc sacm- probi inueniunt, eo ipso, quod sine fide sunt, & male tentant deum. De huiusmodi hæreti-  
 in lege præ- cis in illo psalmo parabolarum, qui sic incipit. Attendite popule meus legem meam, incli-  
 figurati. nate aurem uestram in uerba oris mei, aperiā in parabolis os meum, ita dictum est. Ad  
 Plain. 77 huc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos, & occidit pingues eo-  
 rum, & electos Israel impediuit. Eorum nanque peccatum est in eo, quod dicunt tentan-  
 tes deum. Quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inuaduerunt, nun-  
 quid & panem poterit dare aut parare mensam populo suo? Est enim hic sensus. Num-  
 quid quia potuit deus facere, ut patefacto crucifixi Iesu CHRISTI latere, quod fuit  
 percussit petram, flueret aqua cum sanguine, & implerentur scripturæ & intelligibiles fie-  
 rent iudicia

Magna tēra-  
tio circa locū;  
corpis & san-  
guis Chri-  
tiebra. j.

I ego & illas

Gen. 2.

Iohan. 15

Iohan. 6  
forte & illes-  
sione

Hæretici cir-  
ca hoc sacm-  
in lege præ-  
figurati.

Plain. 77

rent, sufficerentq; mentibus nostris ad bibendum, in modum torrentium inundantium: inquit (inquam) quia potuit illud facere, poterit etiam panem confectum manibus hominum conuertere in corpus, & uinum de palmitibus istis in sanguinem suum? Alioquin nisi mysterium attendas, sensus secundum literam non constat: quoniam percussit petram & fluxerunt aquae, nunquid & panem poterit dare, quia uidelicet panis iste, id est Manna secundum historiam prius datum est, quam percussa petra fluerent aquae. Haecenus dilectio sacramenti huius morosius nos detinuerit, nunc ad caetera pergamus. **¶** Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc illis dicit Iesus. Omnes uos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem surrexero, precedam uos in Galileam. Respondens autem Petrus, ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus. Amen dico tibi quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. **¶** Exitus iste in montem Oliueti ille est, quem apud Iohannem habemus, cum terribilibus ac reuerendis uerbis istis, Surgite, eamus hinc. Quid nam erat dicere, surgite eamus hinc, & ita exire in montem Oliueti, in ipsa hora suae traditionis, quando Iudas loquebatur cum senioribus, statim uenturus cum cohorte & ministris: nisi relinquere ciuitatem illam, quemadmodum per prophetiam Hieremiam praedixit. Reliqui (ait) domum meam, dimisi hereditatem meam, facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me uocem suam, ideo odiui eam. Ergo & prophetiam hanc & illud, quod per seipsum dixerat ante biduum, ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, iam impleri significans, surgite (inquit) eamus hinc. Et exierunt in montem Oliueti. Factis enim non minus quam uerbis loqui, sapientiae dei familiare est. Iosephus quoque uocem similem testatur fuisse auditam, Nocte (inquit) sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi. Primum quidem motum quendam strepitumq; senserunt, post ea uero subitam uocem audierunt, quae diceret, Migremus hinc. Ita cum terribili significatione uocum, omne praesidium salutis sese ab illa ciuitate migrare demonstrauit, iuxta quod & ab ipso templo exiens idem dominus prius significauerat, dicente Euangelista. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Mala subsequencia probauerunt, uere & de templo illo exisse & de ciuitate illa abisse Iesum, & ab utroque migrasse omne angelorum praesidium. **¶** Et congrue non quouis, sed iuxta consuetudinem tunc quoque exiuit in montem Oliueti. Hinc enim ascensus erat in caelum, quo facto, reuersi sunt (ait Lucas) Hierosolymam a monte, qui dicitur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter. Nec uero repugnat illud quod scripsit idem Lucas. Eduxit autem eos foras in Bethaniam & eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in caelum. Bethania nanque in latere montis Oliueti sita est. Ergo ubi per ascensionem consummanda erat eius gloria, illuc recte exiuit, eandem gloriam suam oratione praenire, & agonem suae passionis inchoare, quod idem Lucas euidentius narrat. Postis (inquit) genibus orabat, factus in agonia, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. **¶** Iam dicti exitus sui causam, propter quam recte diceret, relinquetur uobis domus uestra deserta, breuiter insinuat, dicens. Omnes uos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Scandalum illud omnes nouimus, nec demonstrare opus est, quomodo scandalizati fuerint, quomodo omnes relicto eo fugerint, quomodo Petrus suae (quam parabat) fortitudinis oblitus, scandalo noctis illius sic offensus sit, ut ter eum negaret, dicens. Nescio quid dicis, non noui hominem, & tunc demum gallo cantante recordatus sit uerbi IESU dicentis, Prius quam gallus cantet, ter me negabis, & respiciente eum domino, egressus foras, amarè fleuerit. Non (inquam) demonstratione operis est, sed nos proposito tenemur, nos faciem istam, faciem uituli in hac immolatione ipsius contemplari delectamur, Si cui uacat, sedeat nobiscum, & contempletur pariter in claritate

Couertit panis in corpus Christi.

Zacha. 13

Surgite, eamus hinc. Iohan. 14

Hiere. 12

Matth. 23

Iose. de bello Iud. li. 7. c. 13

Iohan. 8

Actu. 1

Lucas. 11

Lucas. 22

Matth. 23

Negatio Petri  
prius in eius  
submerfione.  
Matth. 14.

Hebrae 9  
Iesus orauit  
solus & seors  
sum.

Matth. 26.  
Lucæ. 22.

Naucula ias  
stabatur flus  
ctibus.

Marci. 14  
Iohan. 15

Petrus clama  
uit, dñe saluū  
me fac.

Lucæ. 24.

Mar. 16

Percutiā pas  
torē & disp.  
oues gregis.

Zacha. 15

claritate faciei huius pulchritudinem oculorum ipsius. ¶ Et hoc ut locupletius fiat, res an  
terius gesta ad memoriam est reducenda, ualet enim mysteriū eius in attentione ista. Iussit a  
liquando hic dominus noster discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum  
trans fretū, donec dimitteret turbas. Cūq; dimissa turba solus ascendisset in montem, &  
uespere factō solus esset ibi & oraret, nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim  
uentus cōtrarius. Quarta autē uigilia noctis uenit ad eos, ambulans sup mare. Cūq; turbatis  
illis dixisset, habete fiduciā ego sum, nolite timere. Domine (inquit Petrus) si tu es, iube me  
uenire ad te sup aquas, & descendens de nauicula ambulabat sup aquas. Videns ergo uen  
tū ualidū, timuit. Et cū cœpisset mergi, clamauit dicens. Dñe, saluū me fac. Et cōtinuo Ie  
sus extendens manū, apprehendit eū, & ait illi. Modicæ fidei quare dubitasti? Deniq; res  
illa gesta, miro modo & res gesta & rei gerendæ quædā fuit parabola, siquidē placet para  
bolā dici, nō solū in uerbis, uerū etiā in factis, quoniā & Apłus enumeratis cōpositionibus  
ptimi & secundi tabernaculi, quæ (inquit) parabola est tēporis instātis. ¶ Igitur dimissa tur  
ba solus Iesus ascendit in montē orare, quia sic futurū erat, & sic factū est, ut exiens de ciuitate  
iā non docturus turbā, exiret (ut iā dictū est) in montē Oliueti solus orare. Exierūt qui  
dē cū eo discipuli, sed non usq; ad locū orationis. Nam sustinet hic (ait) siue sedete hic, do  
nec uadā illuc & orem. Et assumpsit quidē Petrū & Iacobū & Iohannē secū, sed et illis ite  
rū dixit. Sustinete hic, et uigilate. Et progressus pusillū, siue auulsus ab illis, quantum est sa  
ctus lapidis, procidit in facie suā orans. Ita relictis illis, iteg; et tertio abiit et orauit. Solus er  
go erat orans nocte illa, siue uespera profunda. Nauicula autē in medio mari iactabatur fluc  
tibus, id est, fides discipulorū nimis contristabatur, ita ut oculi eorū præ tristitia grauarentur.  
Sed uenit dñs Iesus ambulans sup aquas, quia tēpestates illas quæ propter ipsum mor  
tæ erant et mouebantur, prompto spū conculcabat, licet caro esset infirma. Et enim caro  
quidē infirma, dicebat in oratione, mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste: sed spūs  
promptus, uerū tamen (ait) non sicut ego uolo, sed sicut tu. Ibi confidentia Petri se quoque  
promptam esse putauit. Domine (inquiens) iube me uenire ad te super aquas. Dixit enim,  
Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq; scandalizabor. Animam meā pono pro te  
tecum paratus sum et in carcerem et in mortē ire. Cū ista fiducia, quasi iam fortis et bene  
cinctus, ambulabat et ipse super aquas, ut ueniret ad Iesum. Cū enim discipuli omnes reli  
ctō domino fugissent, ipse sequebatur à longe usq; in atrium, et ingressus intro sedebat cū  
ministris ut uideret finem. Sed ecce uidit uentū ualidum, et timuit, cœpitq; mergi. Cum  
enī sederet in atrio cum ministris (ut iam dictū est) accessit ad eū una ancilla ostiaria, dicens  
Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit corā omnibus dicens. Nescio quid dicis.  
Iterum ab alia similiter uentilatus ancilla, dixit. Non noui hominem. Tertio ab his qui sta  
bant, magno uento impulsus, cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. ¶ Cū  
ita cœpisset mergi, clamauit dicens. Domine, saluum me fac. Gallo quippe cantante, res  
cordatus uerbi Iesu quod dixerat, priusquam gallus cantet, ter me negabis, egressus foras  
fleuit amarè. Deniq; sic flere, hoc fuit clamare & saluationem querere. Ut ita clamaret,  
respectus fecit saluatoris, quem Lucas uenerabiliter expressit, dicens. Et conuersus domi  
nus, respexit Petrum. Postquam surrexit (sicut & hic prædixit, postquam autem resurrex  
ero, præcedam uos in Galilæam) apparuit ei sicut in euangelio eiusdem Lucæ scriptum  
est, quia duo ex discipulis regressi in Hierusalem inuenerunt congregatos undecim, et eos  
quicū ipsi erant, dicentes, quod surrexit dominus uere, et apparuit Symoni. Sed et ange  
lus loquens mulieribus hunc in nomine consolatū esse uoluit dicendo, sed ite dicite discip  
pulis eius et Petro, quia pcedet uos in Galilæā. Vere ergo Iesus extendens manū, apprehē  
dit eū: reseruauit enim illi gradū suū, reseruauit et stabiliuit principē apłog. ¶ Libet nunc im  
spicere illū prophetiæ locū, quē nobis illustrare debet scintilla hæc ex ore eius dicentis, scri  
ptū est enim. Percutiā pastorē, et dispergentur oues gregis. Pauca ex precedentibus et sub  
sequentibus diligenter inspecta, pulchram intelligentiæ lucem refundent. Præcedentiā  
sunt hæc. Et erit in die illa, dicit dñs deus exercitū, disperdā nomina idolorū de terra, &  
nō memorabūtur ultra, et prophetas et spiritū immundū auferā de terra. Et erit cum pro  
phetauerit quispiam ultra, dicent ei pater eius et mater eius genuerunt eum. Non uices,  
quia men



quia mendacium locutus es in nomine domini, & configent eum pater eius & mater eius genitores eius, cum prophetauerit. Et erit in die illa confundentur prophetae, unusquisque ex nomine suo cum prophetauerit, nec operientur pallio saccino ut mentiantur, sed dicet, non sum propheta, homo agricola ego sum, quonia Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicitur ei. Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? Et dicit. His plagatus sum in medio eorum, qui diligebant me. His praemissis, Framea (inquit) suscitare super pastorem meum, & super uirum coherentem mihi, dicit dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves. Deinde subsequitur. Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra (dicit dominus) partes duae, & disperdentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignem, & uram eos, sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam populo meo, & ipse dicit, dominus deus meus. Ecce uenient dies domini, & diuidentur spolia in medio tuo, &c. ¶ Totum illud prophetiae capitulum illustrat nobis (ut iam dictum est) breuis sententia haec, scintillans de pectore & ore ipsius domini, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, dum praemissis, omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte, subiungit. Scriptum est enim. Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Itaque ut competenter euangelica utat similitudine molentis. Ait enim ipse dominus. Duae erunt molentes in unum, una assumetur & altera relinquetur. Haec prophetica quasi mola inferior ponenda est, & coepa iam euangelica narratio dominicae passionis supponenda quasi mola superior, ut agente manu domini, circumacta uolucris cursu, fructuosum frumenti granum salubriter nobis teramus, & de optima eius medulla candidissimum farris panem in usum uitae aeternae conficiamus. Tale frumenti granum Christus est, qui de semetipso dicit. Nisi granum frumenti cadet in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet: tale (inquam) granum est, ut molendo nunquam dissipetur, eoque integro permanente, diffundi aut dissilire nunquam desinet medulla eius. Nunc interim finis hic fit libelli huius, & sequentem cum iam dicto prophetiae capitulo, reparatis post lassitudinem uiribus exordiamur.

FINIS LIBRI DECIMI.

Colof. 2.

Mola inferior, & mola superior. Mat. 24

Iohan. 12

## DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER XI.



**T**VAM IN SCRIPTURIS SANCTIS gloriam, tuum o fili hominis quaerere & inuenire honorem in prophetis & euangelicis praenunciis, tale nobis est interitum uitae praesentis: quale fessio uiatori, remissis interdum grauius sarcinis residere sub umbra odoriferae arboris prope riuulum aquae iugiter salientis, gratoque otio fugacem insequi & comprehensam atrectare columbam, tactu blando, manibus innocuis. Et reuera sic est. Sancta quippe scriptura ipsa est columba illa, de qua ipse autor spiritus sanctus in psalmo dicit. Pennae colubae deargentatae, & posteriora dorsus eius in pallore auri. Ne ergo miretur quis dicens, quid uel ad quid iste scribit, cum sancti patres sufficientia scripserint,

Saera scriptura coluba dicitur, cum litera argenti, sensus mysticus aurum est.

Psalm. 67

quae cuncta perlegere nemo nostrum sufficit. Nam & si alij nemini, at mihi scribenti hoc ipsum quod scribo iam proficit. Hoc dulce studium iam in praesenti non nihil praemij, non nullum habet suae exercitationis emolumentum. Quam suauis est (ut iam dixi) uiatori, demissis interdum sarcinis, pennulas columbae deargentatae & aurea dorsus eius praeculis habere, & manibus tractare posteriora: tam suauis & iocundum est inter medias curas, sanctam tractare scripturam, cuius & exterior sermo castus, absque omni superfluitate, nitet quasi argentum, & interior sensus rutilat uelut aurum. Trahit sua quemque uoluptas, &

Ver. in Bue. hoc haec